

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Quid tam sollicitis vitam consumimus annis
2 torquemurque metu caecaque cupidine rerum
3 aeternisque senes curis, dum quaerimus aevum,
4 perdimus? et nullo votorum fine beati
5 victuros agimus semper nec vivimus umquam?
6 pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit,
7 nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.
8 cumque sui parvos usus natura reposcat,
9 materiam struimus magnae per vota ruinae
10 luxuriamque lucris emimus luxuque rapinas,
11 et summum census pretium est effundere censum.
12 solvite, mortales, animos curasque levate
13 totque supervacuis vitam deflere querelis.
14 fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
15 longaque per certos signantur tempora casus.
16 nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
17 hinc et opes et regna fluunt, et saepius orta
18 paupertas, artesque datae, moresque creati
19 et vitia et clades, damna et compendia rerum.
20 nemo carere dato poterit nec habere negatum,
21 fortunamve suis invitam prendere votis
22 aut fugere instantem. sors est sua cuique ferenda.
23 an, nisi fata darent leges vitaeque necisque,
24 fugissent ignes Aeneam, Troia sub uno
25 non eversa viro fatis vicisset in ipsis?
26 aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres?

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Einige kurze sprachgeschichtliche Erläuterungen!

